mane instruis et ignibus meridiem.

Extingue flamas litium. aufer calorem noxiu͂ confer salutem corporum ueramque pacem cordium. Presta pr̃ ⁊ c̃. ¶ Ad nonam hym͂.

Rerum deus tenax uigor immotus in te permanẽs. lucis diurne tempora successibus determinans.

Largire clarum uespere quo uita nusquam decidat. sed premium mortis sacre perhennis instet gloria. Presta pater pyssime ⁊ c̃.

Dei fide qua uiuimus spe perhenni qua credimus per caritatis gratiam xp̃o canamus gloriam.

Qui ductus hora tercia ad passionis hostiam crucis ferens suspendia ouem reduxit perditam.

Precemur ergo subditi redemptione liberi ut eruat a seculo quos soluit a cyrographo.

Gloria tibi trinitas equalis una deitas et ante omne seculum et nunc ⁊ imperpetuum. amen.

Ad sextam. hymnus

Qua xpc hora sitijt crucem uel in qua s
ubijt quos prestat in hac psallere ditet
siti iusticie.

Quibus sit et esuriens de se quam ipse faciet cri
men sit ut fastidium uirtutisque desiderium.

Charisma sancti spiritus sic influat psalentibus.
ut carnis estus frigeat et mentis algor ferueat.

Gloria tibi trinitas equalis una deitas et ante
omne seculum et nunc et in perpetuum. amen.

Ad nonam. hymnus

Ternis ter horis numerus sacre fidei pa
ditur in trinitatis nomine munus prece
mur uenie.

Latronis en confessio xpi meretur gratiam et
laus nostra uel deuotio mereatur indulgentiam.

Mors per crucem nunc interijt et post tenebras
lux redijt horror diluescat criminum. splendor
nitescat mentium.

Gloria tibi trinitas et c. Ad uesperum hymnus.

